



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1838

XV. Die von Wartenberg verkaufen dem Hospital des heil. Geistes zwei Hufen Landes zu Sukow im J. 1317.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54294)

Radolfi, Jo et Jo. dicti de boberow, Gherardus Lufcus, Theodericus de Scouwenleit, Petrus Voygt et quam plures alij fide digni. Datum Wistok anno Domini M^o CCC^o XIII^o primo idus decembris in die Lucie uirginis Pontificatus nostri Anno secundo.

Nach dem Original, woran die Siegel fehlen.

NV. Die von Wartenberg verlaufen dem Hospital des heil. Geistes zwei Hufen Landes zu Sukow im J. 1317.

In Nomine sancte et indiuidue trinitatis Amen. Cum labilis sit memoria hominum Ideo sibi subuenit merito de scripture suffragio industria sapientum. Hinc est, quod Nos Johannes et Johannes dicti de Wardenberghe presentibus protestamur, quod domui sancti spiritus in parleberghe ad vsus pauperum rite vendidimus duos mansos in villa sucowe curie thidekini Godefridi adjacentes soluentes annuatim XXX modios filiginis et XVIII modios ordeï et quatuor solidos censuales cum omni jure, quemadmodum nos actenus habuimus a nobili domino nostro de brandenborch Marchione, protestamur etiam quod collationem horundem bonorum debemus ad vsus predictæ domus fideliter detinere, quovsque proprietas talium bonorum valeat a principibus, qui in tempore fuerint, comparari, qua obtenta debemus bona prehabita presentibus principibus ad vsus sepedictæ domus sine aliqua contradictione beniuole resignare, quod promissimus federe vnanimi consulis ciuitatis parleberghe fide prestita manuali. In huius etiam rei testimonium presens scriptum nostris sigillis est inuolabiliter roboratum. Testes huius sunt qui fuerunt eo Anno in consilio perleberge ciuitatis Bloc, Gherhardus de kartane, ludolfus felixi, Gherhardus de noua domo, Thidericus noreman, Thidericus radolfi, Thidericus dalmin, Johannes bowerowe, henricus de dupowe, Martinus rulowe, quorum sigillum nostro de consensu etiam presentibus est appensum. Item boldewinus de croghe, dominus Johannes et Heyne de noua domo, Zabellus futor et alij fide digni.

Datum et actum parleberghe sub Anno domini M^o CCC^o XVII in die exaltationis sancte crucis.

Nach dem Original.

XVI. Markgraf Johann begiebt sich aller Rechte an einer von der Kirche St. Nicolai erworbenen Kornhebung in Sukow und Quitzow, im J. 1317.

In nomine Domine Amen. Quoniam ea, que per assercionem principum in publica munimenta deveniunt, obtinere debent robur perpetue firmitatis. Hinc est, quod Nos Johans Dei gracia Brandenburgensis et Lufacie Marchio ad notitiam presentium et futurorum memoriam volumus devenire, quod diuini cultus augmento, vti ex debito adstringimus, intendere pro viribus cupientes, omne ius sive Dominium, quod ad nos nostrosque successores aut heredes pertinere dinoscitur et a retroactis pertinebat temporibus, in quatuor filiginis choris, quos providus vir Ludkenius selege, civis parlebergensis, vnum chorum in villa sucow, tres vero in villa Qvitzow, ad altare beate Marie virginis in ecclesia sancti Nicolai in perlebergh sua comparavit pecunia, de nostra speciali munificentia gratuite relaxamus, eximentes predictos quatuor choros filiginis ab omnibus seruiis, solucionibus, contribucionibus, vecturis, vexationibus, precariis, angariis ex perangariis et aliis infestacionibus quibuscumque censentur nominibus cuncto tempore successuro, volentes prefatos choros ad idem altare iusto proprietatis titulo in perpetuum liberaliter pertinere. In cuius rei testimonium ad evidentiam clariorem presentibus desuper confectis nostrum sigillum statuimus apponendum. Actum et datum Berlin anno Domini millesimo trecentesimo de-